

G U L A.

419. *Vitam hominis abbreviat, & causas morbor.*

TRitum est illud: Plures occidit gula, quam gladius. Rationem innuit Aristoteles: Varius cibus gravis est, turbulenta enim, nec æqualis concoctio ejus agitatur. S. punct. 92. fol. 286. Ratio physica est in reactione sita. Vinum autem intemperatum venenum est. S. punct. 92. fol. 287.

Petrarcha ingeniosa fabula ita moralizat: Aranea iter faciens obviam habet podagram, eamque interrogabat, quo & unde illa renouit se hætenus servivisse rustico, sed laboribus, ineditis, vigiliis adeo fuisse male habitam, ut jam alium Dominum querere cogereur. Aranea contra jebat se habitasse in domo divitis, ubi meræ læticia, lautitæ, vina, convivia, sed quoniam Dominus omnes ædium angulos mundos tersosque voluerit, se non potuisse exercere suam texturam, propterea jam profugam abire, & alium Dominum querere. His auditis subintulic podagra, eja mutemus habitaculum, sic utrique consulum fore videtur, tu poteris apud rusticum libere texturas tuas facere, & ego apud divitem nobilem delicatius habebor. Accepit aranea mutationem, atque hæc ratio est, cur podagra (idem est de aliis morbis) frequentius apud divites & delicatos gula ventres, quam apud pauperes, & jejunos inveniat. &c. D. 8. 20.

Rationem illius effati, quod enunciat Eccl. 10. Ecclesiasticus: *Omnis potentatus brevis vita, communiter refundunt auctores in delicatum nimis vivendi morem; dum enim esui, potui, & conviviis multum vacatur, natura destruitur, dum contra illi, qui multum laborant, sudant, & frugaliter vivunt, sani ac vegeti diu vivunt, &c. D. 10. 80.*

Clemens Alexandrinus ait: Vino immodico oculi detorquentur, præ humoris multitudine visus tanquam in piscina natat, &c. C. Prov. 23. v. 30.

Jonathas contra mandatum Regis gustavit modicum mellis, & ideo sententia mortis, contra illum lata est. Quid mirum, quod Dominus Deus contra voraces, qui vorando, & obliurgando melleos dies sibi procurant, præmaratur mortis sententiam ferat?

Hugo a S. Victore ait: Ebrietas robur & naturalem virtutem enervat, infirmitatem generat, mortem adducit, rebus temporalibus spoliatur, & quod deterius est, maledictionem Divinam inducit.

420. *Est fomentum luxurie.*

Sedit populus manducare, & bibere, & Exod. 32. surrexerunt ludere: Tertullianus legit: scortari. S. Gregorius ait: Dum satietate venter extenditur, aculei libidinis excitantur. S. punct. 93. fol. 287.

Oculi tui videbunt extraneas, id est, ait Cardinalis Hugo, mulieres ad concupiscendum, nam vino incalcescit luxuria: Lot, quem Sodoma non vicit, vinum vicit. S. punct. 93. fol. 289.

Superfluitas ciborum mater est libidinis, ait Anselmus. S. punct. 116. fol. 354. Et S. August. Fames amica Virginitatis est, inimica lascivie, saturitas vero castitatem prodat, nutrit illecebram. C. Gen. c. 3. v. 6.

Cæsar post relatas victorias toti populo Romano convivia fecit, erant aliquando preparata viginti duo millia cenaculorum. Dicere solebat: *Nihil Romano populo sacro esse quidquam lætius. Utinam nunc temporis non posset dici, nihil factu esse luxuriosius. D. 12. 97.*

S. Abbas Isidorus ajebat: quamdiu macellum apertum est, non recedunt canes, quia bolum sperant; cum autem clausum est abeunt. Ita quamdiu homo gula vacat sperat demon victoriam, si autem abstinent est, recedit. Sanchez 5. part. c. 7. fol. 538.

S. Ammonius in laboribus & precibus indefessus fatetur, si vel unica die faturretur pane, se carnis semper molestias sentire. E. Verbo *Amor illicitus, n. 4.*

S. Ambrosius ait: Ebrietas est fomentum libidinis, incentivum insaniz, venenum insipientiz. C. Gen. c. 19. v. 38. C. Proverb. 12. v. 11.

Alphonfus Rex Arragoniz interrogatus, cur adeo detestaretur ebrietatem? respondit, *quia scio, furorem & libidinem esse ejus filias. C. Gen. 43. v. 34.*

Græci vocarunt Bachum Ignigenam, tum quia penes Vesuvium habitat, tum quia ignem fororis & libidinis excitat. C. 11a. 5. v. 11. Et Dan. 5. v. 2.

Noe vir sapiens, & timoratus, cum vino incaluit, turpissime se demudavit, eaque scandala dedit, quæ non jam cum filio ejus Cham deridenda, sed deploranda sunt. C. Prov. 12. v. 11.

Populus sedit manducare & bibere, & surrexerunt ludere. Ludus autem erit luxuriosus & impudentissimus. Sic idololatriz ex gula initium cepit, dicente S. Ambrosio: *Ubi cepit quis luxurians, incipit deviare a vera fide. C. Exod. 32. v. 6.*

421. Pæ.

421. *Punitur a Deo.*

Quædam monialis contra licentiam lactucas in horto comedens, simul diabolum ingerit, a quo obsideatur. Discipulus Abbatis Othilli carnes comedens esse suffocatur. Cum Monachus S. Hilariensis contra præceptum avas comedere vellet, uvæ mutatz sunt in serpentes. Sanchez 5. par. c. 7. f. 535. Si Deus leves ejusmodi transgressiones tam graviter punit, quomodo punit temulentias & ebrietates?

Balthasar Rex ultimus Babyloniorum temulentus, vidit manum feribentem: *Mane, TeKel, Phares.* Et eadem nocte a Cyro regno & vita spoliatus est. Cogitet ebrius sibi a Deo eandem sententiam scribi: *Mane:* Numerati sunt dies vitæ tuæ, brevi morieris. *TeKel,* appensus es, & inventus minus habens. *Phares,* divitum est corpus tuum ab anima tua, & illud datum est veribus, ista dæmonibus ad tormentum. C. Gen. 19. v. 38. in fine.

Scitur, quam graviter Deus idololatriz scelus in populo Israel punierit: Ebrietas autem comparatur idololatriæ, *Quorum Deus venter est.* Ubi Tertullianus: Gulosus Deus venter est, pulmo templum, aqualiculum altare, Sacerdos coquus, cujus tota caritas in cacabis fervet, tota fides in culinis calet, tota spes in ferculis jacet. S. punct. 94. f. 290.

Pœna quasi congenita, & intrinseca ebrietati est, quod ebrius secreta animi effusit, & speodia, insidias, ipsaque mortem sibi accerit. Deinde, quod uxoris, & filiorum patrimonio decoquat, & se, illoque, inter bella domestica, ad inopiam redigat. C. Prov. 12. v. 11.

Convitantibus, & compotantibus Philistinis domus cecidit super illos. O quot domus corrunt, & ad inopiam rediguntur per convivia & compotationes &c.

O quoties ad Dominum Deum repeti possent illa verba Prophetæ orantis: *Comederunt, & saturati sunt, & abundaverunt delictis in bonitate tua magna: provocaverunt autem te ad iracundiam: Nullo enim scelere Deus magis irritatur ad vindictam, quam ebrietate: quia rarissimo solum est, sed multa alia post se trahit.*

422. *Quomodo corrigi debeat.*

Vitium gulæ in primis curatur memoria mortis: ideo aliqui Religiosi in usu habent, quod in mensa Calvariam adhibent. Domitianus mirabile convivium instruxit: Aula ubi epulabatur pullatis caperebus erat vestita, quilibet conviva *D. Claus Spicil. univers. Pars II.*

sedebat penes fulcrum, in quo mors depicta erat, fenestræ erant clausæ & tor ardebant obtuse lampades, quod convivæ, epulæ ferebantur a juvenibus vestitis instar mortis, sermo a nemine proferebatur nisi a Domitiano, ilque erat de morte &c. D. 7. 85. in fine.

Deinde corrigitur cogitando, quod caro, quo delicatius nutritur, eo turpius fœtetur. Uxor Ducis Veneti dedignabatur se communibus aquis abluere, ex rore cali sibi balneum conficere solita: cibos manibus non tangebatur: cubiculum omni aromatum genere redolebat &c. Mox autem a Deo tam fœtenti morbo percussa est, ut toto corpore compituerit: nemo potuit præ intolerabili fœtore ejus cubiculum intrare, & sic extremum diem clausit. E. *Delictis, n. 2.*

Singularè remedium ad averfendam libidinem, gulam & crapulam est, si quis intretur sordes, & phlegmata, vomitus, & nauseam, quæ ex ea sequuntur. Eremita tentatus libidine circa certam festinam, ubi eam mortuum esse sudivie, aperto sepulchro frustum panis mortuallis sanie plenum secum tulit, & deinceps, quoties tentabatur, hunc fœtorem narium admovit, sibi ipsi insultans: En habes, quod desideratis. Parem in modum pugandum est contra gulam, si enim corpus gulosum iis sordibus punitur, quibus punietur gulosus anima, &c. S. Jacobonus orexi carnis bubule tentatus, eam comparavit, & in cubiculo tandem servavit, donec putrefecit, & horrende fœteret per totum ambulacrum: qui mortificatione meruit, ut Christus ei apparerit, eique promiserit: *Postea, quod optas, & imprecaberis: Idem gulam domuit abstinentia, quo quasi sale utebatur, sic saporem cibi in usum Deum reducit, ita ut non nisi Deus ipsi saperet. C. Num. 11. v. 20.*

423. *Multa mala post se trahit.*

Noe a filio demudatur. Loth cum filiabus peccat. Balthasar vidit sententiam mortis sibi in pariete scribi. Ammon in convivio occiditur. Epuloni æterna perniciæ intendantur. Herodes Joannem capite plecti iubet. Sisara clavo configitur, & hæc omnia facta sunt ob ebrietatem, & gulam. Sanchez 5. par. c. 7. f. 518.

Gulosus non est expellendus ad resistentium tentationibus: Cervi cum impinguescere se sentiunt, in abditissima dumeta, & latebras se abscondunt, bene gnari, quod ob pinguedinem non satis

Bb
finc

sine expediti ad currendum, fugiendum, & canibus resistendum. Ita homo gula infarcitatus non est capax & excitatus satis ad resistendum tentatori. S. Franc. Sales Philoth. c. 23.

Plinius ait: Ex ebrietate oritur pallor, & gæne pendentes, oculorum ulcera, tremula manus, labentisque pedes, & furiales somni, & iniquis nocturna, & portentosa libido, & jucundum nefas. Postera die ex ore halitus fœtidus, ac fere omnium oblitio, morisque memoria, prudentia & mentis. Adde damna temporis, pecunie & conscientie. Alfonso Rex Aragonie rogatus, cur ebrietatem adeo detestaretur, respondit: quia scio, furorem & libidinem ejus filias esse. C. Gen. 43. v. 34. Dan. 5. v. 2.

S. Basilus ait: Ebrietas est demon voluntarius, malitie Mater, virtutis inimica, fortem virum reddit ignavum, ex temperantem facit lascivum. C. in Gen. 19. v. 38. C. Iliad. 5. v. 11.

Pessimi effectus ebrietatis sunt 1. Iram Dei provocat. 2. Mentem eripit. 3. Luxuriam inflammat. 4. Jacturam facit vitæ & fortunarum. 5. Tollit erubescentiam, ita ut erumpatur in verba spurca & rixosa. 6. Hominem constituit in periculo æternæ damnationis, quia ebriosis regnum Dei non possidebunt. Exempla habemus in Loth, Noe, Samson, Holoferne, filiis Job &c. C. in Gen. 19. v. 38. C. Prov. 12. v. 11.

Occasione temulentie Regis Balthasar describit S. Basilus pessimos ebrietatis effectus. Nam 1. Sicut aqua extinguit ignem, sic vinum extinguit rationem: ebrietas facit homines, ebrietas ex hominibus facit belluas. 2. Pravas cupiditates excitat; unde ebriosus vocatur demon voluntarius. 3. Oculos, nares, omniaque sensuum organa facit fœdissimas voluptatis cloacas; hinc ebrii similes sunt paludibus, in quarum aquis serpentes, vermesque nascuntur. 4. Speciatim est fomentum luxurie; nam sine Cerere & Baccho friget Venus. 5. Parit hebetudinem rationis & sensus; sicut terra aquarum abundantia dissolvitur; ita corporis vis mollescit vini potu. 6. Hominem deteriore facit animalibus, quæ potum ultra necessitatem non admittunt. 7. Inducit continuam dormitationem, capitis gravitatem, oculorum lipitudinem, &c. C. Dan. 5. v. 2.

Ebrius est voluntarius demon; ita enim clamant, furit, & omne nefas agit, ac si esset incarnatus diabolus, imo pe-

cor diabolo, quia libere committit scelera, quæ demon obduratus facit ex necessitate. C. Prov. 23. v. 30.

424. Immoderata, & mirabilis.

Novellus Torquatus in præsentia Tiberii Cæsaris tres congiis bibit uno impetu, congius continet circiter quatuor mensuras nostrarum; adeoque iste helluo uno haustu duodecim mensuras deglutiivit. Maximinus Imperator sæpe de die integram vini amphoram bibit, & ad sexaginta pondo carnis devoravit. Clodius Albinus incredibilem frugum multitudinem devorare est solitus, uti quinquaginta ficos, centum persicos, decem pepones, viginti botros. Aurelianus Imperator singulariter sibi complacuit in quodam Phagone, qui fuit illius conspectu una die aprum, centum panes, arietem, & porcellum helluatus est. Atque ejusmodi monstra gulola solent etiam de sua ingluvie, & decumanis haustibus gloriari. D. 5. 40.

Imp. Maximinus singulis diebus bibebat integram amphoram vini. D. 12. 95.

Mirator Cælius, duo vitra a Nerone Imperatore sex millibus festerciorum suffe coempta. Et ego puro, multa vitra vinaria cariori pretio constare (nempe si vinum eorum simul computetur) VV. art. diſc. font. 19. Ex. 8.

Videor mihi duos videre soles, æbat ille ebrius Thebanus Senex; motus enim a vini calore visus, sæpe, quod unum est, multiplicatum apprehendit &c. C. Prov. 23. v. 30.

425. A dæmone persuadetur sub specie necessitatis.

Dicitur lapides panes fieri; dixit Christo famelicus demon: o quot necessitates sub specie necessitatis persuadet; Prophetam decipit per Pseudo-Prophetam, ut comederet: ita multis adhuc dicit: ah! nefas ita striculus, auferus &c. ut porro possis Deo fervire. S. p. 25. f. 151.

Cum Abbas Phillibertus in gratiam hospitum plus solito comidisset, noctu apparuit ei diabolus dixitque: nunc plane mihi places, quia venter tuus multis cibis tumescit. Sanch. 5. par. c. 7. f. 534.

S. Abbas Ivanitus a dæmone, quem expellere volebat, opprobriose vocatur bibulus; sanctus Vir iturum vicissim dæmonem ludificatus petit vitrum vini, præcipitque Spiritui, ut antequam ebibisset, ipse ex obfesso migraret, bibit, & demon fugit. Iste Sanctus diabolum ejecit per potum, sed milleni alii per pocula dæmonem advocant. Sanch. 7. par. c. 7. f. 1032.

Mul-

Ebrietas.

427. Mals pluvina causat.

Eris sicut dormiens in medio mari, & quasi sopitus gubernator amisso clavo. Ita gubernator nec potum respicit, nec clavum gubernat, sed in omnes scopulos navium illidi sinit. Hinc temulentum Chrysolomus vocat vivum cadaver: & Seneca: Vitæ sepulcrum rationis est ebrietas. Exemplum habemus in Noemo, cui ebrietas plus nocuit, quam totum diluvium, ait Ambrosius: quem nudare non poterant diluvia, nudaverunt vina. S. punct. 23. fol. 289.

S. Aug. ser. 23. de temp.

426. Est noxia Republice ordinata.

Gentiles vehementer abhorrebant a gula & ebrietate, Imperator Claudius severe interdixit tabernas aquæ calefactæ. Ampelius Populi ac civitatis Romanæ Consul prohibuit, ne taberna vinaria ante horam quartam aperiretur. Caligula caponem suspendi iusserat, qui die funebri Brusillæ potum vendiderat, quasi ea venditione lactum publicum violasset. Tiberius Imperator ob ebrietates adeo erat exosus, ut publico opprobrio vocaretur Biberius. D. r. 25. in medio.

Cum in urbem Spartanam cocus veniret, qui se de insolita noticia condiendi cibos jactabat, cito ex urbe abesse iussus est, nolebant enim Spartani suos per condimenta & delicias effeminari.

Antiqui in cibis suis erant simplicissimi, Achilles & Patroclus suis ipsi manibus cibos parabant. Elyssi & Ajaci legati Agamemnonis, &c. D. 10. 51.

Gula nocet Republicæ, quia inventrix est deliciarum, quibus homines corumpuntur: Salomon ait: Student calicibus, id est, vino nunc albo, nunc rubro, claro, dulci, habent calices oblongos crystallinos, in varias formas deductos. Exclamat Plinius: alii glaciem, alii niveum potant, excogitanturque, ut alienis mensibus nix algeret: alieni menses sunt Julius, Augustus, ubi reservata glacies ad delicioſa gulæ irritamenta. S. p. 92. fol. 287.

Quanta mala in communitatibus humanis confluntur ex multiloquio, quod fere idem est ac stultiloquium: Os impiorum redundat malis, ait Sacer Proverbiales: violenti similes sunt fluvii, qui ex alluvione crescunt, & dum alvei fines transcendunt, agros devastant. S. p. 116. fol. 352.

Ebrietas sæpe causa fuit hostilis invasionis, quæ urbes & arces vastatae sunt. Sic Balthasar Rex perdidit vitam, & Monarchiam. Holofernes perdidit se, & Assyriorum castra. Troja a Grecis capta est: Invadunt urbem vino, somnoque sepulcrum. C. Prov. 12. v. 11.

Ebrietas.

Ebrietates & computationes ut plurimum in rixas & dissidias desunt: Salomon ait: Cui rixæ, cui vovæ, cui sive & nome his, qui student calicibus epotandis, quid est studere calicibus: est vinum fundere albo, rubro, claro, dulci &c. S. punct. 23. fol. 287.

Seneca fule describit pessimos effectus ebrietatis: cum vis vini aliquando quantum occupaverit, omnia effutuntur, quod diu in animo delituerunt. Ebrietas non tam committit scelera, quam prodit. Lascivus prorumpit ad flagitia, impudens eructat obscena, temerarius negligens nec manum moderatur: crescit apud vindicativum crudelitas, apud invidium livor, omnia vitia se manifestant. Nil dicam de stupiditate intellectus, nil de balbutie loquela, nil de tribulatione gressus, aliisque absurditatibus, quæ tollende utcumque essent, nisi ebrietas etiam inimicitias, homicidia, & perfidiones causasset &c. D. 2. 37. Est causa luxurie & idololatricæ. C. Exod. 32. v. 6.

Natum secretum est ubi regnat ebrietas: quibus verbis satis indicat Salomon, ebriosos ineptos esse, qui sicut consiliarii, quia secretum tegere nequeunt. Potator, qui S. Augustinus, nemine impellente cordis sui arcana pandit. D. 10. 42.

Ebrietas quondam fuit medicina contra pestem. VV. ar. diſc. font. 62. ex. 4.

Nunc autem plerumque pestem animæ affert.

428. Ejus pessimi effectus.

Ebrietas iram Dei provocat, mentem eripit, luxuriam inflammat, facit jacturam vitæ, tollit erubescentiam, hominem constituit in periculo inevitabilis damnationis. C. Gen. c. 19. v. 38.

Loth ebrius incestum committit: Noe a filio illudicit; Symon a Dalila hostibus traditur: Holofernes a Juditha capite truncatur: filii Job ruina domus

Bb 2 obruunt.

obtruncant. Herodes Joannem Baptistam obtruncari jubet. Alexander Clitum occidit &c. C. Gen. c. 19. v. 38.

Noe dicitur vino miscuisse sanguinem simiz, leonis, porci, & agni: hi sunt effectus ebrietatis. Alios facit moriones, ut simias, alios mites, ut agnos, alios crudelis ut leones, alios fœdos ut porcos. C. Gen. c. 9. v. 29.

Salomon ait: cui vix? cui tribulatio? cui risu? cui iustulio oculorum? nonne, qui calicibus student, & gaudent ebrietate? Homerus ait, barbarorum esse, canthos, & cantharos pro armis usurpare.

Patheticæ autem S. Hieronym. Longum esset ire per singula. In insanias quas ebrietas suggerit, explicare: quidam poculis utuntur pro armis, & calicem una cum vino alteri in faciem projiciunt, quidam alteri vestem lacerant; quidam vociferantur, quidam dormiunt: qui potentior est ad bibendum, est gloriosior: accusatur aut laudatur qui Regis aut amici fanitatem non haurit. Vomunt ut possint bibere, bibunt, ut possint vomere, &c. D. 10. 17.

S. Hieron. in Epi. ad Tit.

Balthasar præcepit temulentur, ut afferrentur vasa templi, quæ dein sacrilege profanavit. Ecce! ex temulentia Sacrilegia Heumen. fol. 171.

Ebrius pronus est ad transgressionem omnium mandatorum; hinc Moyses videns ebrietatem populi confregit tabulas, indignum existimans, vinolentium populum legem accipere, ut ait S. Basilius. Brev. Dom. 4. quadrag. Noct. 2.

S. Basilius. Hom. 1. de jejunio.

429. Causat discordias, & alia crimina.

Ligna in plenilunio cæsa ad ædificia non quadrant, quia libenter verminant: Ita muli in plenilunio ebrietatis, verminant, id est vermes discordiarum, & rixarum producunt. VV. ar. disc. font. 11. Ex. 19.

Cæsus vetustus verminat: remedium autem in contrarium est, si cæsus perfundatur vino; tunc enim vermes omnes propunt. Sic multi sunt conficti, cum vino madent, verminant, varioque vermes in animo delitescentes protrudunt.

Eccl. 37.

Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere. Per to Ludere intelligunt aliqui, rixari, pugnare, consiliere invicem. Alii intelligunt idololatram. En! Ebrietas tam proximo, quam ipsi Deo bellum movet.

Levit. 10.

Hinc Dominus Deus, quoniam famulos ac Ministros suos ab omni vitio vult esse immunes, expresse præcepit Aaroni, Vinum, & omne, quod inebriare potest, non bibes tu & fili tui, quando in-

trabitis in tabernaculum testimonii. Cur id præcepit Dominus? quia in homine ebriolo mansuetudo, & modestia sacerdotalis stare non potest. Ideo ulterius, quicunque se volebat Domino consecrare, a vino, & ab omni eo, quod inebriare potest, abstinere debebat.

Num. 6.

Ammon filius David in convivio Absalon temulentus fuit occisus. O quot homicidia, aut vulnerationes occasione ebrietatis fuerunt peractæ.

1. Reg. 23.

430. Dicitur esse vitium familiare Germanis.

Quamvis ebrietas in iure Canonico, & in recessibus Imperii gravissime prohibeantur, fuere tamen, qui sub ipsis Committis ludere ausi, biberunt in fanitatem huius constitutionis. Carolus V. de tollendo hoc abusu ab Hispanis interpellatus reposuit: Tam mihi est difficile Germanis ora claudere, ne se inebrient, quam constringere Hispanis manus, ne furetur &c. VV. ar. disc. font. 52. ex. 1.

Hispanus & Germanus eodem scorto abuli litigabant, cuiusnam esset filius a meretrice natus? litem decidit Philippus Archintus: puero licenti vinum & aquam apponi iussit, cumque puer aquam præ vino eligeret, iudicatus est proles Hispani, imo Germanus illum tanquam non suum desepit. T. n. 257.

Illa Sapiens gnomè: Plures occidit gula quam gladius, videtur magis in Germania quam in aliis regionibus verticari; quamvis Germani sint generosi milites, tamen multoties contingit illud, quod contingit Benadab Regi Syriz: Temulentum in tabernaculo suo habebat maximam bellatorum multitudinem secum, & tamen victus fuit, & in fugam actus per pueros principum provinciarum. O quot ubes munitionis imperato expugnata, quot insaufa prælia & cades catastæ sunt per intemperantiam & crapulas Ducum Germanorum, &c.

1. Reg. 20.

431. Improbatur per effata & sententias.

Seneca ait, ebrietatem esse voluntariam insaniam. C. Gen. 9. v. 21. S. Basilius dicit, est malitiæ mater, virtutis inimica. S. Ambrosius, est fomentum libidinis, incentivum insanis, venenum insipientis. Chryostomus ait: Ebrius est dæmon voluntarius, mortuus animatus, mobilis veniam non habens &c.

Basilius inquit, ebrii sunt idola, oculos habent, & non vident, aures habent, & non audiunt &c. C. Gen. c. 19. v. 38.

La-

Convivia.

433. Vix sunt sine peccato.

Quinque in orbem transissent dies conviviis, mittebat Job... & offerret holocausta; ubi S. Gregorius: Vir Sanctus noverat, quod celebrare sine culpa convivia vix possint, ideo culpas suas, & filiorum convivantium sacrificio expiavit. S. punct. 95. f. 290.

Scitis cur salubrique in mensis, & symposium apponatur? Sal ex aqua marina, & igne coagulatur elementis inimicissimis, adeoque symbolum est pacis & concordis: apponitur igitur in mensa, ut convivia admoventur pacis & amicitie; unde nonnulli malum omni capiunt, si falem in mensa effendi contingat. Hinc Pierius Judam proditorem capivit, quod neque salis, neque panis communicati memor fuerit. C. in Act. 1. c. 4.

Convivia comparantur spinis, quia sicut spinæ fe invicem complectuntur; ita invitati invitantes rursus invitant, & sic convivia eunt in orbem, funtque assidua. Præterea comparantur spinis, quia convivia sua maledictentia saepe abentes pungunt convitiis, & scomatibus. Quocirca M. Varro censuit, convivia incipere debere a numero Gratiarum, & non progressi ultra numerum Musarum, id est, proficisci a tribus, & consistere in novem; si enim plures sint, turbam facient dicacem, & turbulentam. Verum majora sunt adhuc damna conviviolorum, quia per illa saepe urbes & Respublice perierunt. Sic Ninive capta est, dum cives, hostium potentiam contemnentis, conviviis & symposiis vacarunt. Ita capta est etiam Babylon convivante Rege Balthasare &c. C. Nahum 1. v. 10.

Antiochus cogit Judos, ut relictis patriis legibus Bacchum symposii Deum colerent, & hedera coronati orgia celebrarent. Qui facere id recusabant, morte multabantur. C. Eccl. 32. v. 3. Vix sunt immoderata, & sumptuosa convivia, ubi non gentilis morum dissolutio accedit, & anima occiditur.

Damna epularum sunt 1. Hebetudo mentis, quæ in ventre sepelitur, & eneruat. 2. Quod capitis, stomachique dolores, febres, paralytes, alioque morbos causant. 3. Quod ad paupertatem redigant. 4. Quod homines protervos, proceres, & litigiosos faciant. Et insuper 5. Ineptum ad studendum, pugnandum &c. C. Jac. 5. v. 5.

Bb 3 434. Ad-

Lacedæmonii arbitrabantur non posse ebrietatem efficacius dedoceri, quam proposito ebrio: ideo puerum agrestem vino inurgitabant, & sic temulentum juvenibus exhibebant, ut a computationibus abstererentur. Conviv. apparat. fol. 39.

S. Augustin. ait: Ebrietas est vitiorum omnium mater, radix criminum, origo vitiorum, turbatio capitis, subversio sensus, tempestas linguæ, naufragium castitatis, amissio temporis, insanis voluntaria, turpido morum, dedecus vitæ, honestatis infamia, animæ corruptela &c.

Ebrius nullo alio cogente præter vinum cordis sui arcana patefacit, & amicorum sibi commissa secreta in medium prodit.

Sobrietas in feminis ad terram depone appetum, ebrietas autem amisso pudore, invereccundos erigit vultus.

Ebriolus cum absorbet vinum, absorbetur a vino, abominatur a Deo, despicitur ab Angelis, deridetur ab hominibus, desistitur a virtutibus, confunditur a dæmonibus, conculcatur a suis similibus &c. Confundit naturam, amittit gratiam, perdit gloriam, incurrit damnationem æternam &c.

432. Abominabilis Deo & Christo.

In me psallebunt, qui bibebant vinum: ubi Theophilactus putat flagellatores Christi fuisse ebrios. S. p. 154. f. 497.

Christus in cruce noluit gustare vinum: S. Hieronymus ait: Non accepit id, pro quo punitur. Nempe propter vinum intemperatum ebriolorum patiebatur sitim in cruce. B. ser. 9. n. 28.

In epulis & ebrietate sunt homines audaciores & impudentiores, non est vitium tam pronum ad blasphemias, quam temulentia. Inter epulas & pocula maledicebant Abimelech. O Divine Abimelech, quam crudelia maledicta contra evomuntur in ebrietate &c.

Herodes Natalis sui festum celebrans immodice bibebat, & Herodias saltabat, tunc præceptum est, caput S. Joannis in carcere amputari. Nunquam magis occidit innocentia, castitas, & timor Domini, quam inter vitæ & cantharos.

Dominus Deus in famulis suis, sacerdotibus odia, & execratur vitium ebrietatis; quia est servitium dæmoni prælitum: ita S. Chryostomus inquit: Nil est dæmoni ita amicum sicut ebrietas, quæ est mater omnium vitiorum, ante omnia autem vitetur a Clericis; quia omnium peccatorum radix, & nutritrix est.

S. Chrys. super Math.

D. Claus Spicil. univ. Pars II.

434. Admiranda, & rara.

Carolus V. Franciscum Galliarum Regem Madriti excepit, dum centum lanæ argentæ mentis ejus inferri iussit non nisi cerebellis avium instructis: alias insuper centum aureas, ac totidem porcellanas iisdem cerebellis repletas. Mensis remotis Regem per duodecim conclavia duxit, harum omnium voluorum plumis vestita. Löhner Tom. 3. f. 594.

Sueton. in Vitell. c. 13.

Frater Vitellii Imperatoris convivium apparavit, in quo duo millia lectissimum piscium, & septem millia pretiosissimarum avium appolita fuerunt. VV. art. disc. font. 29. Ex. 1.

Cleopatra luxurioso illo convivio solum in rosas integrum talentum expendebat, per omnia discumbentium triclinia foliorum passim acervi cubiti mensura pavimentum tegebat. Quin & pocula, & cyathi rosis & hedera coronabantur. C. Eccli. 32. v. 3.

Plin. 11.

Asterius Rex, potens Dominus supra centum viginti septem provincias, tertio anno Imperii sui fecit grande convivium cunctis Principibus suis, & Præfectis provinciarum, ut ostenderet divitias gloriæ regni sui, multo tempore, centum videlicet & octoginta diebus. Deinde ulterius septem diebus omnipopulo civitatis Susan convivium præparari iussit in vestibulo horti, ubi omnes bibebant & epulabantur in poculis & vasibus aureis & argenteis, &c.

Dan. 5.

Balthasar Rex fecit grande convivium optimatibus suis mille, ibi apparuit manus scribentis in superficie parietis, quæ scripsit Regi sententiam mortis. Illud ibi laudabile, quod unusquisque secundum suam bibebat etatem. Nunc enim in talibus conviviis bibitur supra etatem, &c.

435. Simi moderata & parca.

Gen. 18.

Homines ditissimi antiquitus erant moderatissimi in esu & potu. Abraham suis hospitibus nil aliud apponit, nisi panem sub cinere coctum, carnem vitulinam, butyrum & lac. Et quod maximum est Sara domus Domini ipsamet panem pinferre, Abraham domus Dominus ipsamet vitulum mactare non detreclavit. Achilli Myrmidonum Principi pro epulo nil parabat aliud, quam carnis ovina: Idem ipse Achilles Regi Priamo apposuit carnem ovinam, & quod plus est propriis manibus lanionem agebat, ejus focii vires eorum obibant. Isaac erat ditissimus, & tamen ipse sibi pulmentum coxit. Hæc eadem simplicitas Veterum eluxit ex

eo, quod narratur de domo Ulyssis: ibi adventantes hospites ligna findebant pro culina, cacabos aptabant igni, subulcus propinabat scyphos, & opilio infundebat potum, cocus serviebat ad mensam, in qua servus una cum Domino confidebat &c. D. 2. 64.

Seneca ait: Unica silva sufficit multis Elephantis nutriendis, & elementa omnia vix sufficiunt satiandæ hominum voracitati. Sanch. 5. par. c. 7. f. 519.

Convivæ antiquitus se rosis & hedera coronabant, quia hedera sua frigiditate temulentis, & ebrietati resistit. C. Eccli. 32. vers. 3.

Notandum etiam illud, convivia benedictione, & gratiarum actione claudenda esse, ut mox fere fere omnium gentium. C. Eccli. 32. v. 17.

Item pro more Christiano præveniendâ esse benedictione, ex variis causis. 1. Ut proficantur, nos nutrimentum a Deo acciperent Manna. 2. Ut ostendamus, nos cibis vesci velle ad Dei honorem. 3. Non instar pecudum, aut barbarorum. 4. Petimus ut cibis sic valedicimus utilis & salutaris. 5. Ut inter vescendum mens aliqua pia cogitatione aut lectione pacifatur. 6. Ne cibis diabolica, aut magica potestate inficiatur. S. Augustinus ait: Docuisti me Domine, ut sicut medicamenta, ita & alimenta sumpturus accedam. C. 1. lim. 4. v. 5.

436. Magnis sumptibus celebrantur.

Refertur de duobus Oeconomis duorum Cardinalium, Athelstii & Farnesi, quod unus eorum peponem unicum præcoem decem aureis pro mensa Domini emeret, quem alter magnitudine pretii deterritus non erat ausus emere. Liberalis emporator hero suo laudatus, præmioque affectus, alter vero angustioris animi Oeconomus exauctoratus, & cum ignominia dimissus fuit. VV. art. disc. font. 19. Ex. 5.

Convivium Nuptiale Galeatii II. Ducis Mediolanensis fuit sumptuosissimum. In eo triginta phalæ gemis pretiosissimis locupletis conviviis fuerunt appolite. Mensis remotis illis donati fuerunt 70. equi, pretiosissimi ephippiis, auro fulgentibus instructi, Ciborum lautitia, & abundantia ex eo patet, quod alteri mentis decem millia hominum accubuerunt. VV. art. disc. font. 24. Ex. 4.

Plinius 4. 35. c. 13.

Vitellius Imperator canam quinque & viginti aureorum millibus æstimatam instruxit. VV. art. disc. font. 29. Ex. 1.

Helioabalus Imperator lætentorum firu-

438. Ad multa vitia incinat, & trahit.

Sicut amnis exundans cito lutum colligit: ita lingua excedens limites taciturnitatis cito multa vitia contrahit: hinc S. Bernardus forori suæ fletitum. S. 5. ser. 1. de Ord. Vit. punct. 116. fol. 353.

Sunt quidam, qui continuo condescendunt, se cum proximo in diffidia probati, nunc ab hoc, nunc ab illo offendi, & que sunt familia. Verum quid mirum id est: in omnes tricas, & nugas se ingerunt, ideoque facile fugillantur. Mercurius in officinam statarii venit, & ibi Jovis, Junonis, & alius Statuas licitabat, que omnes caro pretio stabant: quævisit denique & de sua Statua, & dum putabat, se magni æstimari, expertus est se nauci haberi, & facile dono permitti. Reclæ factum, mansisset domi, quid ad illum officina statuarii, &c. Similiter ille pictor retro picturam stans iudicis hominum fugillatur, &c. D. 12. 6.

Isocrates quædam a garrulo, cor duplicem mercedem ab eo petere, respondit: unam peto, ut loqui, alteram ut tacere discam. C. Lev. 15. v. 16. ad fin.

Plutarchus ait: Quod in corde sobrii est, id est in lingua ebrii, garrulitas, & diosa est & ridicula. Simonides ait: locutum esse sepe me penituit, tacuisse nunquam. C. Lev. 15. v. 16. ad fin.

S. Bernard. de custodia manus, lingua, & cordis ait de homine loquace: Nunquid ejus lingua est vipera? ferocissima plane; quæ tres lethaliter lædit uno flatu, se loquentem, audientem, & eum de quo loquitur. C. Eccli. 19. v. 12.

439. Prodit secretum sibi commissum perperam.

Christus suscitationem filiz Archifynagogi, & transfigurationem arcanam voluit, hinc solos ad miraculum Apostolos tres, nempe Petrum, Joannem, & Jacobum admitti, nimirum eos, quos iam ante de silentio probaverat in sua transfiguratione. M. conc. 26. ass. 1. n. 5.

Samson vitam perdit ob revelationem secreti: o quot damna exoritur, si imprudenter arcana reveleantur, &c. M. conc. 26. ass. 1. n. 6.

Audisti Verbum? commoriatur in te, si Eccl. 19. idem, quia te non dirumpet. Monet Ecclesiasticus; quia nimirum Spiritus Sanctus maxime odit revelatores arcanorum M. conc. 26. ass. 1. n. 7.

Apollonius quæsitus, qui sint optimi homines, respondit: qui dicendo sunt brevissimi. Demosthenes cuidam in convi-

fruthionum capita in una cœna apposuit, ad comedenda eorum cerebella. Idem non raro cœnas sic instruxit, ut una die non nisi phasiani, alia non nisi polli, alia non nisi dulciantia apponerentur: nunquam minori pretio, quam tribus millibus cœnavit. Geta Imper. maxima prædria per singulas litteras parari voluit, ut pallos, perdices, pavones, porcellas &c.

Isaacus Imperator Græcus erat inconvivitis sumptuosissimus, ita ut ajat Nicetas: Convivium ejus erat collis panum, salus forarum, piscium mare, & vini oceanus. VV. art. disc. font 39. ex. 2.

Garrulitas, multiloquium.

437. Denotat imprudentem.

In ore stultorum cor eorum. Quid? in ore habent cor? omnino ait hilarius: quia sine prævia meditatione cordis omnia effusunt. S. p. 116. f. 354. in fine.

Verborum flumen in garrulis est mentis gutta. Ob id binas habemus aures, ait Zeno, & unicum os, ut pauca loquamur, & multa audiamus. Licon ajebat: sicut hirundo perpetuo garrulo perdit voluptatem familiaritatis: ita garruli molles sunt auditoribus. Apollonius quæsitus, qui sint optimi homines, respondit: Qui dicendo sunt brevissimi. Demosthenes cuidam in convivio multa loquenti exprobravit: si tam multa sapuisses, nunquam tam multa dixisses. Aufonius ait: sicuti vascula vacua maxime tintunt, ita quibus minimum inest mentis, sunt loquacissimi. C. Lev. 15. v. 16. ad fin.

Tres sunt, qui secretum servare non possunt, Stultus seu debilis iudicio, secretum quod audit, continuo in mente volvit, eaque versatione se affligit, unde ut hac afflictione se liberet, illud effudit & prodit. Melancholicus, quod tristemente volvit, ad exuendam tristitiam, enunciat. Scrupulosus, & assidius, ad solandam afflictionem amico animum aperit. Melius autem aperiret Patri spirituali, qui malo mederi posset &c. C. Eccli. 19. v. 12.

S. Jacobus comparat linguam cum bestis, ut significet in ea esse aliquid irrationale. Sic Philosophi censent, loquacitatem esse signum parvi cerebri, adeoque stultitiæ. Solon cuidam dicenti illum ideo non loqui, quia insanisset, respondit: Nullus stultus tacere potest &c. C. Jac. 3. v. 7. Et c. 1. v. 19.

Christus suscitationem filiz Archifynagogi, & transfigurationem arcanam voluit, hinc solos ad miraculum Apostolos tres, nempe Petrum, Joannem, & Jacobum admitti, nimirum eos, quos iam ante de silentio probaverat in sua transfiguratione. M. conc. 26. ass. 1. n. 5.

Samson vitam perdit ob revelationem secreti: o quot damna exoritur, si imprudenter arcana reveleantur, &c. M. conc. 26. ass. 1. n. 6.

Audisti Verbum? commoriatur in te, si Eccl. 19. idem, quia te non dirumpet. Monet Ecclesiasticus; quia nimirum Spiritus Sanctus maxime odit revelatores arcanorum M. conc. 26. ass. 1. n. 7.

Apollonius quæsitus, qui sint optimi homines, respondit: qui dicendo sunt brevissimi. Demosthenes cuidam in convi-

vio multa loquenti exprobravit: si tam multa sapifies, nunquam tam multa dixisses. Plutarchus ait: Garruli sunt pleni rimarum, & perfluunt tanquam vasa, mente casti. C. Lev. 15. v. 16. ad fin.

De stulto indifcretè loquaci Plutarchus ait: Totus transluet, totus diffluit, & nullo cogente, veluti si questione (id est equaleo) interrogatus esset, arcana omnia manifestat. C. Eccli. 19. v. 12.

Vinum.

440. Moderatum est utile.

Apostolus ad Titum scribit: Modico vino utere propter stomachum, & propter frequentes tuas infirmitates. S. punct. 23. fol. 288.

Pf. 103. Vinum laudatur, quod lætificet cor hominis. Et Salomon ait: Date... vinum bibi; qui amaro sunt animo, ut bibant, & obliuiscantur egestatis suæ, & doloris sui non recordentur amplius. Ideo moris est, in communis lætitiæ solemnitatibus, ut in coronationibus Regum, in triumphis, in nuptiis populo vinum propinare, id quod etiam Veteres facere consueverunt, teste Martiano del Rio, &c. D. 2. 37.

Severiani hæretici, quorum auctor fuit Tatianus Discipulus S. Iustini Martyris, docebant, abstinendum esse a vino, quia vitis esset inventum Satanz; Catarista dicebant, Vinum esse fel diaboli. Hos confutat S. Chrysostr. inquit: Vinum Dei, obviat autem diaboli opus est: Non creaturam Dei accusa, sed consertur insaniam argue. C. Eccli. 31. v. 35.

Noe invenit vinum ad exhilarationem hoministurbationibus, & arumnis pressi. Hinc Athenæus dicere solebat: Vinum, si recte eo utaris, esse optimum Deorum donum, si male, esse maximum malum. Et Anacreon: Quando vinum bibo, dormiunt curæ. Vinum nubila mentis depellit, & facit bibentem famulismitorem, & amicis jucundiorum. Hinc in cœna primus calix bibitur sanitatis, secundus hilaritatis, tertius somni. Et vitis, cum ab arboribus in Regem eligeretur, respondit: Non possum deserere vinum meum, quod Deos & homines lætificat. Denique Socrates agebat, vinum mediæ mori, sicut oleum igni aspersum auget flammam. C. Eccli. 31. v. 35.

441. Immoderatum depravat hominem.

Darius Rex Persiæ Optimatibus suis proposuit questionem, quid sit in mundo

fortissimum? unus putabat mulierem, alter veritatem, tertius vinum; & iste quidem non male; quia vinum animum depravat, temerarium, loquacem, impudentem, & honestatis oblitum facit. Vinum apostatam facit sapientes: experti sunt Noe, Luth, Holofernes, Alexander, & alii. D. 2. 36.

Fridericus Imp. tota vita non gustat vinum: Eleonora ejus conjux cum esset infœcunda, persuasa est a medicis, ut uteretur vino: verum Fridericus eam interdixit hoc consilio, inquit, malle feuxorem sterilem, quam bibulam habere. D. 4. 7.

Voluptuosa vita in cibo & potu eneruat hominis animum, & inutilem reddit ad sapientiam, & fortitudinem; hinc Antifenes, quodam dilaudante deliciis agebat: Hostium silitis contingat vivere in deliciis, Diogenes eos, qui in voluptates profundebant facultates suas, similes dixit arboribus per præcipitia crescentibus, quarum fructus non homines, sed corvi & vultures depascere solent. Socrates turpe esse agebat, si Domini per voluptatem tales fierent, quales nolent habere famulos. Arcefilaus Scythia interrogatus, cur ex aliis Sectis nulli desicerent ad Epicureos, & ex Epicureis nullas ad alias Sectas, respondit: Quia ex Viris Gallis sunt, nequaquam ex Gallis viri, &c. C. Ofec. 4. v. 11.

442. Abundans & generosum, ubi?

Ret Hispaniæ ab unica Regni sui civitate, cui nomen Madera, quotannis duodecim millia vasorum vini recipit. Hispaniam quotidie ex diversis locis quatuor millia vasorum vini advehuntur. Juxta Stutgardiam in Ducatu VVirttembergensi tanta vini copia crescit, ut dici soleat, totam Stutgardiam eo submergi posse. VVormatia urbs Imperialis ad Rhenum tantam vini copiam intra muros quotannis producit, quanta toti urbi posse sufficere. VV. art. disc. font. 83. ex. 9.

1. Vineæ ad progerminandum vinum generosum requirit situm Australem; nihil enim magis nocet vino, & fructibus nobilioribus, quam venti Boreales.

2. Vineæ amant certa quædam metalla & mineralia; hinc est, quod ubi sulphur, aromata, & aurum reperitur, in his locis vineæ plantata evadunt valde generosa, uti in Hispania, Græcia, Neapoli, Sicilia, Austria. Inde vitis Tockiaica in Hungaria non raro reperta sunt in suos botros granula auri insussisse. 3. In colliculis meliora crescunt vinea, quam

in plano; planum enim plerumque crassius & putridis humoribus abundat, quos solis radii difficulter purificant.

In Asia laudantur vinea Persica: quæ crescunt in provincia Schiras valde generosa sunt: In provincia Aria, vinea ad octoginta annos altissimæ crescunt. In provincia Margiana Botri reperiuntur duobus cubitis longi, adeoque non minores, quam erant illi, quos Josue & Chaleb ex terra promissa retulerunt. In Insulis Canariis tam abundanter crescit vinum, ut inde quotannis vigesies octies millena dolia in Hispanias deferantur.

I R A.

443. Ab insaniam non differt nisi tempore.

Philosophus ait: Iratus ab infano non nisi tempore differt. Et alius: Ira est furor brevis.

Sol non occidat super iracundiam vestram. Ubi moraliter Patres per solem intelligunt rationem, hoc est, sol ratio non occidat, non obsecratur ab iracundia vestra. S. p. 110. f. 325.

Irati insanorum in morem in res inanimatas sæviunt: Galenus ait, quemdam cum clavicula cistam reserare cito non posset, dentibus instar belluz claviculam momordit.

Cyrus cum in fluvio Gionde amantissimus equus fuisset illi aquis haustus, vindictæ studio fluvium in quadringentos sexaginta rivulos dividi, & cuius hominum permeabilem fieri fecit. Thaces Adriaticum mare sagittis configunt.

Xerxes tumultuoso mari, quod inter Seston & Abydon pontem illi confregit, trecenta verbera infligi præcepit. Quid ineptus! D. 4. 63.

Pistavii in templo S. Hilarii lætulus est, in quo decumbentes furiosi rationi resistuntur. VV. art. disc. font. 23. ex. 9. O utinam eiusmodi lætuli ubi que haberentur.

Quidam inimicum suum in ædium quarundam tectum confugerè compulsi, unde ille cum effugit spem nullam haberet, ex alto se præcipitavit: verum persecutor miserabilis illius interitu adeo non placatus fuit, ut ipsius cerebro, quo viam conspiceret, sibi os perficeret. J. 8.

444. A levissima re sumit ansam sæviendi.

Seneca ait: Irascuntur, si calida non bene præbeantur, si virum fratrum, si calvus luto sparsum est. Et alibi. Parum a-

gili est puer, aut tepidior aqua potus erogata, aut turbatus thorus, aut mensa negligentius posita, ad ista concitari insaniam est. D. 1. 25. fere in medio.

Seneca narrat de quodam Pollione, quod mancipium ob fractionem unius vitri in vivarium profici jussisset piscibus labulandum: sed mancipium fugit ad imperatorem, qui intellecta Pollionis vitra omnia confringi, & vivarium terra impleri præcepit.

Mahometes II. cum vidisset in arbore pomum, paulo antea conspexisset deesse, trium ephorum ventres excindi iussit, bona fors tulit, quod statim in stomacho primi inventum sit pomum, alias etiam innocentibus fuisset moriendum.

Bernardinus Corius Dux Mediolanensis irrogabat Sacerdotem, quædam putaret se regnaturum? respondit ex simplicitate Sacerdos, regnaturum novem annis: id indignabunde ferens Dux jubet Sacerdotem in carcere inderi periri.

Valencianus Imperator ob caponem male asatum iussit coquam trajecto veru ad ignem asari. D. 7. 78.

Plane absurdum est, quod homines ad vestram proni ordinare causam dissidiorum velint refundere in alios, deantque se prius ab aggressoribus fuisse læcitos.

Rex Nabuchodonosor postquam devicit Arphaxad Regem, superbie & omnia circa regionem suo imperio subjicere voluit: misit ergo nuncios ad finitimos principes, ut cum hi nolent servire Nabuchodonosori, iste indignatus per thionum suum irarvit, quod defenderet de se omnibus regionibus his. Mira locutio! ipse erat aggressor, & ait se velle defendere. Sic faciunt iracundi, ex quavis causa erunt occasione discorsiarum, & dein dicunt se fuisse compulso ad defensionem &c.

445. Dum servet, nil prudens decernit.

Recte suadet, ut in ipso ire fervore nihil decernatur, quia perturbato animo deficit prudentia: Tetsalonia scditio coorta est, in qua multi e Senatu lapidibus vulnerati sunt. Theodosius Imperator rei indignitate motus illico præcipi ira præcipit, ut seditiosos civem morte muldarentur, quorum septem nullia nulla habita innocentum aut reorum ratione occisa sunt. Theodosius ob hanc causam ab Ambrosio excommunicatus, nec antea in Ecclesiam admittus fuit, quam promiserat, quod decreta Imperatoria, quæ vitam aut bonorum spo-